



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Theodorus Beza n. 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

CLASSIS XI.

AB HÆRETICIS.

HAtenus à laudatis Viris laudata IESV Societas: Quid ni & ab ipsis Hæreticis, Sectarijsque accersasamus aliquid laudis? Nec enim vlla virtutis certior est, quàm ab hoste (utpote vi veritatis expressa) commendatio. Audiamus igitur quid hostes vera Religionis, quid Hæretici quandoque de IESUITIS, ac SOCIETATE senserint: & imprimis exordior.

I. **A** PHILIPPO MELANTONE Patriarchæ nomine ab ipsis Hæreticis proclamato: qui morti suæ insaufissima iam vicinus, cum forte audiret à quopiam Iesuitas peragrarè terras, transmittere maria, nec quemquam fere tunc esse Orbis Angulum, quo non penetrarint, ubi non iecerint Catholica Religionis semen, non sudore tantum, sed etiam sanguine irrigatum; ductis ex imo corde suspirijs, penè iam animam exhalans, exclamare non vni auditus est. Ah! quid hoc esse dicam? Video sane totum Mundum brevi Iesuitis repletum iri. Ita apud *Jmag. 1. sec. Soc. lib. 5. cap. 12. fol. 680.*

*Iesuitæ
Melanthonis
ultimus
dolor.*

2. A THEODORO BEZA asserente, Nulla se in Francia vitæ Christianæ, & integritatis vestigia, nisi in Iesuitis videre. Sic *Ibid. fol. 681.* Qui rursus affirmabat, Delphinatus Ecclesijs non posse periculum creati maius, quàm si Ministri viua voce, ac præsentè plebe de Religione cum Iesuitis dissererent. Sic in *Annal. Societ. ann. 1601. fol. 453.*

*Eorum vitæ
integritas.
Quantum
cum illis
renuant
Hæretici
disputare.*

3. A MARTINO KEMNITIO affirmante Societatem à Romano Pontifice excogitatam, ut labentem Ecclesiam fulcire aliquomodo posset. Ita in *Jmag. 1. sec. Soc. citata fol. 681.* Et item ab Eodem impie effutiente, Iesuitarum Theologia semel expuncta

*Societas
labentis
Ecclesiæ
fulcrum, si-
deique su-
stentaculū.*